_lettera_N_2883
Ai sacerdoti Francesco Paglia e Siro Meriggi, suddiacono Stefano Febbraro e accolito Luigi Piscetta
*Augustae Taurinorum die 31 octobris 1878
Dilectis nobis in Christo filiis Reverendis Sacerdotibus Francisco Paglia, Siro Meriggi, et Subd. Stephano Febraro, et Aloysio Piscetta acolyto, De vestra assiduitate atque diligentia in excolendis studiis, probe conscii, vobis libenter permittimus ac facultatem damus, pericula in venerando ac Pontificio Taurinensi Athenaeo subeundi ad gradus doctoris in sacra Theologia consequendos. Quapropter vos apud Reverendissimum ac Benevolentissimum et Excellentissimum Archiepiscopum nostrum, Magnum huius Taurinensis Athenaei Cancellarium, commendamus, ut pro humilis nostrae congregationis bono ad supra dicta pericula subeunda vos admittere dignetur.
Joannes Bosco Sac.